

Tarranatum in Calabria et vassella etiam curie, quacumque
 sit, cum omnibus affixis ~~et~~ apparatus corredi et guar-
 nimentis propriis, a quibuscumque procurentur, cum hy-
 nimentis omnibus, sive in tarranatis ipsis habentur, et ac-
 etiam armaturas ferreas pavenses scuta bacilliferos im-
 pestos enses cultellos balistas, tam corneas quam ligneas
 tam ad unum pedem quam ad duos pedes cum corpiis et
 qualderiis loricis, et gnarrellos, tam ad unum quam
 ad duos pedes, lanceas longas ^{iect} ~~arolos~~ rampaullos ~~iectarolos~~
 seu rampaones falces ampullas ^{inguis} ~~ingras~~ ~~et~~ silvestres ~~et~~ ^{ignis silvestres}
 vegetes ad deferendam aquam pro equis venturias et cin-
 gulas pro equis transveendas supra mare et universas
 et singulas res alias curie nostre existentes apud eos, cu-
 iuscumque speciei et generis existant et quocumque vo-
 cabulo censeantur. De quorum omnium receptione fieri
 volumus quatuor scripta publica consimilia in quolibet
 terra vel loco, in quibus predicta vassella domus tarranati-
 um et alia bona predicta existunt, comprehensam particulari-
 ter et distincte: numerum et qualitatem vassellorum do-
 morum armorum et omnium aliorum, sive receptoris ab
 eisdem; in quibus scriptis similiter contineantur: status et
 qualitas omnium predictorum vassellorum et domorum
 tarranatum et, si vassella ipsa reparata sunt et nu-
 mita, vel si ipsorum aliqua reparatione et munitione
 egent, quali et quanta et in qua parte et, si aliqua ex
 domibus ipsarum tarranatum reparatione egent, quali
 et quanta et in qua parte, necnon qualitas et quantitas
 aliorum omnium predictorum, sive receptoris ab eisdem;